





DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA <sup>57</sup>  
Per Conclusiones Selectas

DE

1716, 5. 48  
**IMPENSIS IN REM  
ALIENAM FACTIS**

maximè  
in modo æstimandi & repetendi  
consideratis 18

QUAM

**DIVINA FAVENTE GRATIA**

Ex Decreto Magnifici Jctorum Ordinis

In Antiquissima Eberhardina

**PRÆSIDE**

**DN. MICHAELE GRASSO,**

J. U. D. Pandectarum & Crimin. Sanct. P. P.

Celeberrimo, nec non Seren. Würt. Duc. Consiliario

Gravissimo,

Patrono ac Præceptore suo omni obsequii & honoris  
cultu æternum devenerando,

**PRO LICENTIA**

Summos in utroque Jure honores immunitates & Privilegia  
ritè legitimeque consequendi,



Ad diem 6. Martii MDCCXVI.

in Aula Nova

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI SISTIT  
**JOHANNES CRISTOPHORUS VOLLMAR, Waibl**

TUBINGÆ


Typis JOHANNIS CONRADI REISII.



ditar  
conj  
de ef  
fidia  
te hi  
melio  
ro ha  
men  
cum  
cerp  
tean  
orem  
DEU

P





PRÆFATIO.



UM citius maturandi itineris ratio legem nobis edicat, ut, quod adhucdum superest laboris Academici, sine longiori mora compendiosius expediremus, ei ut morem geramus, nostrarum fuit partium, loco inauguralis Dissertationis has conclusiones, prout se obtulere, subitanea quadam operâ in chartas has sine multo apparatu conjicere, & publicè ventilandas proponere. Materia in se est copiosa satis, juxtâ & in communi vita usu fere quotidiano frequentior, à Doctoribus quoque non infelici labore hinc inde pertractata: vid: loh. Gars. *de Expensis & meliorat: c. 1. n. 9.* ubi multos Authores laudat, ipse verò hanc materiam per tot: tract: uberius explicat. Id tamen impedimento nobis esse non duximus, quo minus, cum ea forte fortuito nobis se ingereret, quædam inde deciperemus, & nostram quoque sententiam desuper, fortitan etiam in dilucidiorum eorum explicationem, & ulteriorem confirmationem, exponeremus. Adstet Triunus DEUS & huic conatui.

CONCLUS. I.

PER impensas in rem alienam factas quid intelligatur, per se patere videtur. Communiter describi solent per sumptus in rem

A

rem alienam erogatos. Meliorationes etiam die *besserungen* appellari solent, nec sine ratione, respectu habito ad *intentionem impendentium* & *finem* ipsius actus, quam vis non semper considerato effectu. Rem alienam autem debemus accipere eam, quæ nostra non est, aut ad alium pertinet sive in statu, sive in ampliatione, adeoque non tantum eam, quæ nunc, ubi actu erogationes eas in rem facimus, nostra non est, sed merè aliena, uti res nobis commodata, custodia commissa, aut deposita, pignori concedita, locata, merè usufructuaria, usuaría, & similis, sed & eam, quæ tempore quidem erogationis nostra est, at non nisi dominio re vocabili, & aliena futuratum, ubi impendiorum repetendorum questio incidit, quomodo res sub conditione legata, aut obnoxia fidei commissio, sub conditione, aut saltem in diem relicto, quamvis pendente conditione, aut nondum existente die, propria sit heredis, aut alterius alicujus gravati. L. 29. §. 1. ff. qui & quib. manam. lib. pro aliena ramen hæctenus habenda ut impensarum, tempore durantis adhuc dominij factarum, ratio haberi debeat tempore restitutionis, perinde ac si jam ab initio fuissent erogate in rem alienam, quia jam tunc, ubi impendia talia fiebant res aliena futura existimabatur aut prævidebatur per textum L. 40. §. 1. ff. d. cond. indeb. quomodo & in rem dotalem quas Maritus, constante matrimonio verus adhuc dotis dominus, §. 1. Inst. Quib. al. lit. vel non. L. 75 ff. de jur. dot. fecit impensas, ab uxore, quæ saltem rei dotalis per anticipationem tunc domina dicitur. d. l. 75. L. 30. C. d. jur. dot. restitui debent eo tempore, quo dominium ad eandem redit, secundum jura in cor. tit. ff. d. imp. in res dot. fact. & ibid. Dd. Quomodo & res feudalis, ratione impensarum, à Vasallo tanquam domino utili in eam erogatarum, & à domino directo tempore reversionis legalis aut consolidationis cum dominio directo refundendarum: id quod copiosè satis exposuit Excellentiss. Dn. D. Schwedex in diss. de meliorat. feud. c. 4. considerari potest: & quæ sunt id genus alia.

II.

Inter alias impensarum divisiones notabilis maximè est, quæ à fine dividuntur in necessarias, in utiles, & in Voluptuarias. L. 1. pr. ff. d. impens. in res dot. fact. Necessariæ dicuntur, quæ habent in se necessitatem impendendi, ita ut his non factis res aut peritura, aut deterior

deterior  
 veluti  
 ruina  
 & an  
 un  
 nem  
 gener  
 Utilit  
 utilita  
 floren  
 eod. L  
 aut si  
 horre  
 ff. d.  
 lem a  
 vendi  
 res do  
 sunt,  
 omitti  
 res do  
 V. S.  
 stris d  
 §. 1. ff.  
 pensas  
 finas  
 lenda  
 finum  
 verò i  
 rem at  
 & spec  
 d. imp  
 stuen  
 ones,  
 statior  
 §. 1. ff  
 abeun  
 Da. L  
 quæqu  
 peller



De impensis in rem alienam factis.

576

deterior inque ruinam proclivior futura sit. *L. 79. pr. ff. d. V. S.*  
 veluti, quæ sunt in refectorem ædium vetustate laborantium, &  
 ruinam minantium *L. 39. ff. hered. petit.* in cibaria servorum  
 & animalium. *L. 2. §. 2. in fin. ff. ad L. Rhod. de fact:* in viti-  
 um propagationem, arborum curam, seminatorum formatio-  
 nem & instructionem *L. 3. pr. ff. d. imp. in res dot. fact.* & in  
 genere omnia ea impendia, quæ impunè omitti nequeant *d. L. 3. §. 1.*  
 Utiles sunt, quæ præcisè impendendi necessitatem in se non habent,  
 utilitatem rei tamen intendunt, ita, ut rem vel meliorem aut fructuo-  
 siorem reddant, vel saltem deterioiorem non esse sinant *L. 5. §. fin. ff.*  
*ead. L. 79. §. 1. ff. d. V. S.* veluti si novellum in fundo factum sit,  
 aut si in majorem rei utilitatem & commoditatem in domo pistrinum  
 horreum, aut tabernam quis adjecerit, si servos arte instruxerit *L. 6.*  
*ff. d. imp. in rem dot. fact: L. 79. §. 1. ff. d. V. S.* si rem promerca-  
 lem aut venalem cultiorem & ornatorem reddidit, ut carius  
 vendi possit, aut facilius emptores inveniat *L. 10. ff. d. imp. in*  
*res dot. fact. & id genus alia.* In summa, quæ impensæ ita factæ  
 sunt, ut utilius rei alienæ, atque ejus dominio sit, illas fieri quam  
 omitti, pro impensis utilibus haberi debent *L. 3. §. ult. ff. d. imp. in*  
*res dot. fact. L. 39. pr. ff. d. her. petit. Gædd. in comment: ad tit. d.*  
*V. S. in d. L. 79. §. 1. ubi n. 2. & seq.* plura exempla ex Legibus no-  
 stris depromit & explicat: ubi quoque disputat de eo, an in *d. L. 79.*  
*§. 1. ff. d. V. S.* duplex illa negativa, quando ita legitur: utiles im-  
 pensas esse, quæ meliorem dotem faciunt, non deterioiorem esse non  
 sinunt, retineri possit aut debeat; an verò una negativa potius de-  
 lenda, & ita legendum sit: quæ dotem deterioiorem esse non  
 sinunt: uti legit Alciat: in *d. l. 1. & coram. Dd. Voluptuariæ*  
 verò impensæ sunt, quæ nec necessitatem impendendi habent, nec  
 rem auctiorem aut fructuosiorum reddunt, sed ad voluptatem sunt,  
 & speciem duntaxat exornant *d. L. 79. §. 2. ff. d. V. S. L. 7. pr. ff.*  
*d. imp. in res dot: cujusmodi sunt, quæ erogantur in viridaria ex-*  
*struenda, aquas salientes inducendas, incrustationes, loricati-*  
*ones, d. §. 2. & ibid. Alciat: & Gædd.* qui explicant, quid incru-  
 stationum aut loricationum nomine veniat: picturasq; faciendas *L. 39.*  
*§. 1. ff. d. her. petit.* & quæ sunt similia ornatum in meram luxuriam  
 abeuntium genera; quo nomine appellari solent Doctoribus ap. *B.*  
*Da. Lauterb: in Colleg. Theor. pract. ad tit. d. imp. in res dot: tit. 4.*  
 quæque deliciarum magis quam usus gratia parantur *L. 11. ff. d. Su-*  
*pellati, leg.*

A 2

III.

III.

Impensæ alias & in se voluptuariae possunt aliquando fieri *necessariae*, quando in prædium voluptuarium impendendæ fuerunt, ne pereat, aut deterius reddatur, veluti si ad viridaria aut deambulationes arboribus infructuosis opacas atque amoenas, quæ, ibi jam parata erant, conservanda & ab interitu aut deterioratione vindicanda expensas necessariò fecerit possessor aut detentor. *L. 13. § 4. ff. de usur.* aut ad tectoria & pavimenta in voluptatem ibi jam ante facta terra tecta habenda impenderit. *L. 7. §. fin. in fin. ff. cod.* Hæc vires debent pro necessariis haberi, quia & hæc necessitatem quandam impendendi habent, perinde ferè ac simpliciter necessariæ, cum & illæ impune omitti nequeant *per dd. ll. junct: L. 4. ff. de imp. in res dot: fact: & alias quoque in genere necessariæ judicari soleant*, quæ saltem ex consuetudine regionis sine dedecore omitti nequeunt. Nichil enim rem nostram magis reddit deteriorem quam dedecus aut opprobrium *arg. L. 8. ff. quod met: caus. L. 2. L. 20. C. ex quib. caus. infam. Alciat. ad L. 79. ff. d. V. S. n. l. Cædd: ibid. ad pr. n. 4. D. Lauterbach: ad tit. de impens. in res dot. tb 3.*

IV.

Possunt, imo debent aliquando, & quæ voluptuariae alias reparantur, etiam *ut vires* simpliciter tales judicari, veluti si res venalis picturis sive ætaturis, sive aliis ornamentis cultior aut splendidior ad luxuriam utque reddita fuerit, quibus tamen hoc efficitur, ut plures non tantum ad emendum alluciantur, sed & animosiores quoque existant licitatores quibus id volupe esse solet: *per rem. in L. 10. ff. d. imp. in res dot. L. 29. ff. d. R. V. aut si in prædio urbano coenacula, quæ locari solent picturis aut similibus luxuriosis incrustationibus exornantur, & amatores propterea invenirent, qui plus conducere, quia ornata, tales impensæ ut ut sint voluptuariae, quia tamen & præter exteriorem splendorem & ornatum usum talem simul præstant, hæc tamen & jure utilium impensarum censi debent *per dd. text: C. L. 38. ff. d. R. V. Alciat: ad L. 79. § 2. ff. d. V. S. Struv. in S. 7. C. Ex XI. § 34. Sibid. Müller in addit: lit. B. Quamvis enim hæc impensæ rem fructuosiorum in se & suâ naturâ non efficiant, æstimationem tamen pensionesque aut fructus civiles augere possunt *d. L. 29. ff. d. R. Kind. L. 3. § 4. ff. d. in rem vers. Müller d. lit. y. V. Ac.***



## V.

Accidit non minus, ut quæ impensæ *utiles* alias judicantur, ex certo alio respectu *pro necessariis* haberi debeant, & viceversa quæ *necessarie* alias dicuntur, *utilibus* accenseantur, veluti si pistrinum aut horreum fuerit exstructum, aut quod ante jam fuit, restructum, eo in casu ubi prædium iis carere non potuit, iisque opus simpliciter fuit ad familiam sustentandam, tunc hæc impendia *pro necessariis* haberi debent L. 1. §. 3. ff. d. imp. in res dot. Cædd. in L. 79. pr. ff. d. V. S. n. 4. prout idem dicendum in casu, ubi fundus magis fructuumque ferax, & numerosior familia, Alciat. ad d. L. §. 1. secus in casu, ubi fundus saltem modicus est, & pistrinum aut horreum in maiorem ejus utilitatem adjectum, fortean, ut locari possit, tum inter expensas utiles talia numerari oportet d. L. 79. §. 1. d. V. S. ubi J. Crus dicit, plerumque referri Alciat. d. l. Cædd. ad d. l. §. 1. n. 4. Quibus gemina tradit Virriar. in univ. Jur. Civ. ad tit. d. nupt. n. 154. p. 117. apprimè & nervosè hanc in rem ita scribens: Species & exempla impensarum non semper se habent uno eodemque modo, sed interdum, quæ sunt utiles, sunt necessariae, & voluptuariae interdum utiles; sic pistrinum & horreum referuntur ad necessariae, si fundus illis carere non possit, ad utiles, si possit: neque enim omnium fundorum eadem est necessitas aut conditio: quod in aliis rebus est impensa voluptuaria, in promercedibus sit utilis, si carius inde vendi possit.

## VI.

Consequens est his ipsis, quod, quia secundum modo deducta impensarum omnium generum ita sunt comparatæ, ut pro varietate circumstantiarum, modo sub hac, modo sub alia figura aut specie incidant, indeque ratione indemnitas aut satisfactionis variè considerari debent, arbitrio iudicis etiam in his discriminandis, tanquam in iis, quæ sæpius magis facti, quam juris esse inveniuntur, qualia leges nostræ, quæ non omnia specialioribus definitionibus determinare possunt, vid. B. Dn. Dr. Frommann, de norm. arb. jud. in eid. relit. §. 13. seqq. ejusmodi judicantium arbitrio committere debuerunt L. 32. pr. ff. d. usur. L. 91. §. 3. ff. d. V. O. l. 15. pr. ff. ad municip. L. 1. §. 1. ad S. Turpil. multum relicum sit, quod & in hac impensarum in rem alienam factarum materia insinuat J. Crus in L. 25. ff. de pig. act. L. 20. ff. d. R. V. & observavit quoque in casu ad decidendum proposito ad præscriptam illarum legum summum Tribunal Wismar: teste ejus

A. 3

Vice-

Vice Praef. Mev. p. 3. d. 42. n. 4. ubi, quod, uti impense in rem alienam variè fiunt & variè petuntur, ita & Judex pro eo, quod ipsi hac in re relictum est, variè statuere possit & soleat. Utiq; enim pro ratione loci, temporis, rerum melioratarum, impentarum, personarum, aliarumque circumstantiarum, dijudicationem suam instituere & temperare his ipsis legibus jubetur & instruitur. Müller *in addit. ad Struv. S. 7. C. Ex. 11. th. 32. lit. B. in fin.* quod brevibus modo laud. Mev. p. 2. d. 128. n. 12. in genere ita inculcat: quod de impensis bonus Iudex variè ex personis causisque constituere debeat, & B. Dn. Sam: Stryk *de jur. sens. diff. 1. c. 1. n. 76. ibi:* impense an voluptuariæ, an utiles, an necessariæ, id omnino judici perpetuè pendendum optime, cum multum quoque dependeat ex diversitate an m. an. b. f. possessor sit. add. B. Dn. Dr. Fromm: *cit. diff. th. 36. circ. fin: p. 98.*

## VII.

Impensa *in se necessaria*, aut *in se utiles* non desinunt tales ex dominicis fieri nonnisi interpositâ prohibitione, si impendenti ex contractu vero vel quasi jus sit tales a domino sibi petendi. Hac ratione si conductor ex gr. molæ aquatilis, pro istius usus lapidem molarent, non attenta prohibitione locatoris domini comparavit, molæque intulit, sumptus hos conductori molæ refundendi necessitas domino incumbit, nec audiendus est, exceptionem factâ inhibitionis objiciens. Tenetur n. ex lege locati ipse locator præstare, ut conductor molâ conductâ uti possit. *L. 9. pr. ff. loc. cond.* adeoque & has impensas ferre debet, *L. 61. pr. ff. eod.* & has præstare negligens causam dat conductori, ut ipsemet potius faciat, quam ut usu rei careat, quas si fecerit, actione ex conducto, vel retentione rei refusionem carum consequitur, dummodo necessariæ sunt vel utiles *L. 55. §. 1. L. 58. §. f. d. L. 61. pr. ff. loc.* Gail. 2. O. 23. n. 2. utilitate tamen hic estimatâ non ex eo, quod conductor quæsit, sed ex eo, quod locator debuit, qui ad impensas immodicas, & tales quæ ab ipso debita exsuperant, non tenetur *d. L. 61. pr.* neque enim ad quasvis commoditates, sed saltem ad debitum rei usum præstandum tenetur *L. 27. ff. loc. cond.* multò minus, quia prohibitio interveniat & iusta prohibendi causa hætenus non debeat. Et ita in causa *Walth. Blocken* contra senatum Civitatis Wismariensis anno 1655, rectè iudicatum refert Mev. p. 3. d. 119. Nec mutat, quod quando quis in alienam rem contra prohibitionem domini impendit,

pendit, is, quamvis necessariò impendat, à repetitione tamen excu-  
datur *L. f. C. d. neg. gest.*: Plurimum enim interest, inter impensam,  
quæ in *re mere aliena & sine aliqua necessitate alterius* causa fit, veluti,  
quæ fit à mero alienæ rei administratore, cui nihil juris in re, & ideo  
nec in viro domino impendendi aliquid jus est, de quo casu accipien-  
da *L. fin. C. de N. G.* & inter eam impensam quæ fit *in re aliena ab eo,*  
*qui eam tenet sui causâ,* atque ut debitam sibi exinde utilitatem obtine-  
at, impendere necesse habet, juxtaque dominum, ut ipse impendat,  
sibi obligatum habet, uti in conductore in ordine ad locatorem juris  
esse modo demonstravimus: quæ est rectissime adhibita distinctio B.  
Dn. Mevii in d. p. 3. d. 219. n. 2. & 3.

## VIII.

Quid si extra causam prohibitionis sumptuum erogandorum quæ-  
stio incidat, de estimatione aut taxatione impensarum in rem alienam  
factarum, eadem ferè opus est distinctione, ad præcavendam con-  
fusionem errorum ut plurimum feracem in questionibus desuper  
propositis, quæ apud JCTos hinc inde deprehenditur, si hæc talia  
non satis distinctè examinant; cum quæ coincidere videtur & ea,  
quæ utitur Inclytum Facultatis Juridicæ in Alma hac Eberhard Col-  
legium in Responso de anno 1700. apud B. Dn. D. Harpprecht: in  
*Resp. 5. n. 275,* quæ multum interesse dicitur an rei alienæ vel  
saltem alii restituendæ possessori aut detentori *ex aliquo vero vel qua-*  
*si contractu* debeantur impendia, an verò tantummodo ob talis rei  
meliorationem sive utilitatem in illam collatam, sola debeantur *me-*  
*horamenta,* quæ distinctione etiam alibi utitur Mev. p. 3. d. 41. in  
decidenda ea questione: an impendia meliorationum ex conventio-  
ne juxta estimationem operis per inspectionem arbitrorum certifi-  
candi; an per designationem impendentis reddi debeant? Et secun-  
dum hanc jam ita tenendum est: quod in illo casu, si v. gr. Condu-  
ctor ædium, molæ &c. expensas fecerit, ad quas locator ipsi ex le-  
ge contractus tenebatur, etiam illas eidem refundi oporteat, *quæ*  
*in oculos nostros non amplius incurrunt;* in hoc vero casu, ubi solius  
domini utilitas spectatur, solius meliorationis ad huc extans & in  
oculis incurrentis ratio habeatur, solaque presens utilitas spectetur,  
non arrento, quantis impensis res ab initio extructa fuerit. Et in  
hac ultima specie æstimatorum in rem præsentem venientium arbitri-  
um adhibendum; in priori specie verò expensarum designationem  
ab

§ Dissertatio inauguralis Juridica

ab impendente exhibitam spectandam & aestimandam esse, quia illa  
*aestimatio* tantum aestimat, quod reperit, & quod praesentis fundi  
 status & temporis qualitas ac ratio ostendit, hoc autem designationis  
*examen*, in casu ubi lex vel contractus impensas tribuit, etiam ad  
 praeteritum respicit, ita ut quoque refundenda veniant, quae utiliter  
 quidem facta, sed iterum perierunt, aut amplius non conspiciuntur.  
 Ex quibus rationibus Tribunal Wismariense in appellationis instan-  
 tia recte rejecit decretum, in prima instantia commissionem ad tax-  
 anda impendia reparationum in desolato fundo locato a conducto-  
 re facta, decernens, substituto tamen in ejus locum ab hoc exhibita  
 impensarum designationis iusto examine, in causa *Heinrich a Salsfeld*  
 contra viduam *Eggardi Manteuffels* anno 1655. *Mey. d. p. 3. d. 41.* Et  
 horum casuum atque jurium diversitatem jam ante notavit *Gars. de*  
*Expens. & melior. c. 24. n. 1. segg.* suoque calculo deinde etiam ap-  
 probarunt *B. Dn. Sam. Stryk de jur. sens. Disp. l. c. 1. n. 77. B. Dn.*  
*Brunnemann. Cons. 17. n. 4.* in casu meliorationum alterius gratia  
 quae sunt: *ibi: Da wird nicht angesehen, wie viel er nothwendig an-  
 gewandt / sondern wie das Gutb tempore restitutionis sich befindet,  
 und ob die melioratio noch vorhanden? und wie hoch dieselbe tem-  
 pore restitutionis zu aestimiren? Keines wegs aber / was er hievor  
 zu solchem Ende aufgezahlt.* Et haec accurate ita discernenda  
 esse cum his ipsis monet *Laud. Facultas Jurid. apud B. Dn. D. Harpp.*  
*Resp. 5. n. 21.*

IX.

Quod ad designationem sumptuum atinet in ea specie, qua ex  
 lege contractus & ex voluntate domini vel expressa vel tacita impen-  
 duntur & repetuntur, duo casus sunt discernendi. Aut enim inter  
 partes conventio intervenit de liquidandis impensis, per solam ex-  
 pendentis annotationem & consignationem, & cum huic standum  
 est ex lege pacti conventi, jure nostro non improbat, nisi contra eam  
 suspiciones eminent, tum accedere debet juramentum, quo designa-  
 tio illa confirmari & suspicio elidi potest: uti in praxi servari testa-  
 tur *Mey. p. 3. d. 41. n. 7.* Aut talis conventio non intervenit, & tum,  
 si adversa pars impensas eas ita designatas negat, a petente, & qua  
 quantitatem, & qua qualitatem earum probatio fieri debet, quod  
 & mediantibus testibus rite recteque examinatis fieri posse, ex quo-  
 rum attestationibus Judicis se qui solet sententia, docet *Gars. d. 11.*  
*c. 14. n. 7. Mey. d. l. n. 7.* modo tamen ante, quae observanda sunt in  
 procella

processu, omnia recte fuerint acitata. Et quamvis iudicium de expensis sit summarium Bartol. ad *L. infundo 38. ff. de R. V.* & lis super iis brevissima qua fieri potest via expediri debeat *Mev. p. 3. d. 42. n. 6.* ubi ita iudicatum & in ventilata tum temporis causa prescriptum esse refert; tamen quae necessaria minime omittenda sunt. Hinc (1) designatio expensarum a petente exhibita debitoribus communicari debet, praefixo iis certo termino ad respondendum. (2) His incumbit ad designata singula, quae rati habent, quae disputant, adjecta contradictionis causa speciatim exprimere: idque (3) vel mediante scripto Judici exhibendo, vel coram commissariis, prout vel Judex vel partes elegerint, quamvis ultimus modus coram Commissariis expeditior & receptior (4) desuper Judex summarie procedat, cognoscat & statuatur: & (5) separatione facta liquidorum ab illiquidis, hac quomodo verificari & ad certitudinem redigi debeant, arbitretur, atque decernat: quomodo hunc examinis talium impensarum ordinem ex iudiciorum praxi scite & nervose describit *Mev. in hand. modo p. 3. d. 42. per. 101.*

## X.

Quod verò ad alterum modum attinet, meliorationum nempe in rem alienam alterius causa factarum aestimationem, hoc rectius fieri non potest quam per ocularem inspectionem fundi meliorati. Testimonium enim visus & hoc in casu, ubi res in oculos incurrit & ab evidenti demonstrari potest, excellentius & praestantius est, omni alia probatione *Berlich p. I. Concl. 65. n. 13 s. Malcard. d. probat. Vol. 2. Concl. 719. Ruland de Commissar. p. 2. l. 3. c. 4. n. 4.* Demandari autem debet iis, qui talium rerum optimam habent peritiam, proindeque certiorum aestimationem facere norunt, quae communis etiam iudiciorum nostrorum in meliorationibus demonstrandis & aestimandis, legibus quoque nostris per textum in *L. 22. circa medium ibi: testificatione operis ipsius C. d. adm. & peric. tur.* non disconveniens praxis est. *Card. Tusch. pract. Concl. lit. M. Concl. 183. n. 5. B. Dn. Sam. Stryk de Jur. Sens. diss. 1. c. 1. n. 75.* ubi etiam in Camera Electorali Brandenburgica, quae Coloniae ad Spream est, in causa Martin Hübners contra Leonhard Hermannen Anno 1652. pronunciatum refert. *h. m. dass die Bau-Kosten und was sonst an dem obgenannten Guth möchte von Beklagten auff Besserung gewandt*

wandt seyn/erstattet werden/wovon Gewisheit zu haben/ soll das  
 Cossaten Guth und Gebäude von Leuten/ die sich darauß ver stehen/  
 besichtigt werden. B. Dn. Scheinemann *de oculari inspect.* l. 44.  
 Cum enim hæc æstimatio tantum æstimet, quod reperit pro presen-  
 ti rerum statu, *uti modo in concl. 8. insinnavimus*, nec in hac respici  
 debeat valor melioramentorum an creverit, an decreverit, sed simpli-  
 citer, quid valeant illa, tempore hoc, quo restitutio talis prædii,  
 e. gr. fideicommissio obnoxii, similisve, quod hæctenus jure domi-  
 nii revocabilis ad eum pertinuit, qui meliorationes fecit, fieri debet, at-  
 tendi oporteat, quæ verior est sententia *p. l. 38. ibi: reddat impensum, ut  
 fundum recipiat usque in tantum, quo pretiosior est, & si plus pretii  
 fundo accessit, saltem id quod impensum est. ff. de R. V. L. 48. ff. eod.*  
 Unde Dd. hæc axiomata erunt: Sumptus normam esse præstitam uti-  
 litatem. Hanc, non quod insumptum est, præstandam & refun-  
 dendam esse: Si minor sit sumptu melioratio, hanc non illum debet  
 ri: Si major usque ad sumptum. *Mev. p. 3. D. 41. n. 12. insuper &  
 inter variantes Ddtrum sententias, quarum 4. producit Heeser de ac-  
 quæst. conjug. p. 1. loc. 4. n. 209. seqq. communiore quoque calculo pro-  
 pugnat, Menoch. d. A. 7. Q. cas. 258. n. 54. ubi: quod omnes  
 ferè ita scribant. Gail. l. 2. O. 121. n. 12. Hippol. Riminald. Cons. 41.  
 n. 44. seqq. Rosenthal d. feud. Concl. 43. c. 10. n. 90. & 169. quos se-  
 qui veritatis & æquitatis studio debuit & maluit Colleg. Facult. Ju-  
 rid. hujus loci in Resp. d. anno 1708, ap. B. Dn. Dr. Harpprecht. in  
 Vol. Nov. Cons. l. n. 466. Qua de causa quoque si meliorationes eo  
 tempore, quo factæ, ob bellum, vel aliam quamcunque causam longè  
 gè minoris pretii fuerint, & postea augeantur, haud audiendus est  
 successor in fideicommissio, vel ipse primus fideicommissarius si pretii  
 um melioramentorum respectu habito ad id, quod tempore factæ  
 meliorationis illa minus valuerunt, exsolvere velit, sed debet præ-  
 cisè quanti nunc, hoc restitutionis faciendæ tempore revera valent &  
 vendi possunt, refarcire *arg. L. 58. d. leg. 1. Knipschild. de fidei-  
 com. sam. ill. c. 12. n. 202. post plures Marc. Ant. Peregrin. de fidei-  
 com. art. 56. n. 72. ubi idem de istis melioramentis, quæ in extructu-  
 one novi ædificij, vel in ædium fideicommissio subjacentium col-  
 lapsum vel exustarum restitutione aut restau ratione à personâ ad  
 restituendum obstrictâ facta sunt, similiter pronunciat: inde omnino  
 manet indubium talem æstimationem rectius & certius fieri non  
 posse**

posse, quam si aestimatores illi, die Schäfer, in rem presentem venerint, inquirant, perpendant, & statuunt, quæ nunc conditio sit maiorationum, & quomodo ex vero taxari possint & debeant.

## XI.

Diximus in *precedenti Concl.* quod talis ocularis inspectio & æstimatio melioramentorum committi debeat iis, qui optimam habent illarum rerum peritiam; siquidem non sufficit qualis qualis notitia, sed peritissimi eligi debent, pollentes omnino practico iudicio, peritiam, si fieri potest, experientiam firmato. *Ruland de Comiss. p. 1. l. 4. c. 24. n. 6.* Dn. Præles in *Disq. de modo tax. jurisd. th. 7. p. 20.* Hinc quando de ædificiorum æstimatione agitur, non quilibet operarij, murarij, aut fabri lignarij promiscuè huic negotio pares iudicari debent, sed saltem illi, qui boni architecti & artificis nomine venire possunt, & rerum istarum optimè gnari sunt. *Durandus spec. Jur. l. 2. part. 3. rubr. d. fructibus & interesse §. Viso, circa fin. ubi: factæ expensæ in domibus & huiusmodi arbitrio bonorum artificum, & testificatione operis probantur per text. in L. 22. C. d. adm. tut. Franc. Curt. Jun. Cons. 165. n. 20.* Ubi quod ad probandas æstimationes melioramentorum & ædificiorum requiratur depositio Architectorum, & idè non sufficiat, quod sint magistri pro fiendo ædificio, sed oportet, quod sint architecti, & in arte periti. Videmus enim plures magistros à muro, paucos vero architectos & ingeniarios (ita loquitur:) nec quilibet Magister à muro dicitur legitimus æstimator, ita quoque Mascard. *de probat. Concl. 654. n. 11.* ubi itidem, quod satis non sit, si sunt murorum artifices, qui in ædificiis construendis toti sunt, neque enim quilibet dicitur legitimus æstimator, & ex Heeler. *de acqu. conjug. loc. 4. n. 228.* & alibi B. Dn. Harprecht in *d. Resp. 5. n. 186.* Excellentiss. Dn. Dr. Schweeter *d. meliorat. feud. c. 5. th. 9.* Hæc qualitas ergo, quod sint architecti taliter periti & boni Magistri, non verò aliquo modo saltem intelligentes, quando in dubium vocatur, probari debet. *Franc. de Aret. Cons. 83. n. pen. Curt. Jun. d. Cons. 165. n. 20.* Mascard. *d. l. n. 11.* quæ qualitas quando deficit, inidonei sunt æstimatorum, ut ut à partibus fuerint electi. *Gars. d. Expens. & melior. c. 24. n. 19.* nec adhibendi sunt, qui alio quolibet modo interesse quod-

dam aut similem causam habent. Excellentis. Dn. D. Schwed. d. l. th. 10.

## XII.

Ut ut verò electi ad id magistri aut architecti in se sint peritissimi, si tamen sunt iidem, qui fabricati sunt talem rem, quæ nomine meliorationis hic venit, & de cujus æstimationis probatione nunc agitur, horum æstimationi acquiescere haud est necesse. His enim non magis creditur ac testibus de facto suo deponentibus, unde vel laus vel opprobrium ipsis obvenire potest. post alios Curt. Jun. d. l. n. 21. Mascard. c. concl. 654. n. 12.

## XIII.

Ad melioramenta, maxime in ædificiorum constructione, aut simili alia fundorum accessione consentientia, rite rectèque æstimanda designari & deputari debent non tantum inferioris sortis homines, & operarii, Zimmerleute, Maurer, Steinmetze / Baurer, ac Kellerne und dergleichen, sed & eminentioris conditionis, Principum Consilarii, nobiles, similesve alii in dignitate constituti viri, in ejusmodi rebus versati & ut plurimum talium prædiorum possessores, prout diversa diversorum prædiorum qualitas id desiderat, ita ut aliter in prædiis rusticis, aliter in equestribus eorumque melioramentis dijudicandis incedendum sit, ex Welhero in obs. pract. voc. Anschlag der Güther. Eitel. in aur. prax. vor Anschlag der hochgültigen Land-Güther. p. 31. seq. Dn. Præses in Diss. d. modo taxand. jurid. d. 7. p. 21. junct. prac. & seqq. ubi plura etiam hanc in rem quadrantia, quò nos remittimus.

## XIV.

Si plures constituti sunt melioramentorum taxatores unus ex illis verò taxationi interesse morbo fortean impediatur, vel alia ex causa absens esse debeat, an unius absentia actum illum vitare possit? Et rectius putamus distingui: an fuerint electi à partibus an constituti à iudice, in casu primo, si à partibus electi fuerint, unius absentia efficit, ut reliquorum æstimatio non valeat. Quando enim hoc modo electi, censentur copulative aut conjunctim ad hoc negotium electi, perinde ac arbitri compromissarii plures à partibus simpliciter electi non aliter ac conjunctim ad compromissum vocati censentur per L. 7. §. 1. L. 17. §. fin. l. seq. ff. d. recept. qui ar. b. rec. Ea mente enim



nim eaque conditione illi qui eligunt, creduntur elegisse plures, ut omnes iudicium suum ferant, cum vel maximè interfit omnes adesse, quia facilè fieri potest, ut præsentia illius unius reliquos in suam pertrahat sententiam *d. l. 17. in fin. Carpz. p. 1. C. 1. d. 14. n. 1. segg.* id quod indubium est in foro imperii; quamvis in terris Ecclesie aliud obtineat *per c. 2. eod. tit. in 6. B. Dn. Lauterb. ad d. tit. de recept. b. 28.* Perinde etiam ac in casu, ubi tres iudices dati, duo præsentibus uno absente iudicare non possunt, quia omnes iudicare iussi sunt *L. 39. ff. de re iud.* Excepto eò, si constat, à partibus eos fuisse in arbitros alternatimè aut disjunctim electos, tunc enim præsentibus reliqui actum rectè peregerisse dicuntur, quia ita electi sunt *L. 8. L. 17. §. 4. L. 32. §. 13. ff. eod. C. 7. A. d. t. b. 16. Gorwin. ab Esbach. ad Carpz. d. l. Trenacinq. l. 2. Ros. 1. n. 9. B. Dn. Lauterb. d. l. th. 27.* In casu secundo, si à iudice constituti æstimatores, nisi simul iunctum, ut omnes simul adsint, unius absentia æstimationem reliquorum non facit nullam; quia non perinde ea mens iudicis colligitur, quod omnium præsentia æstimationem voluerit adstrictam; nec ex sola constitutione plurium æstimatorum jus parti quaeritur tale, ut necessario omnes adesse debeant. Potius vero ut in arbitrio iudicis est plures constituere, sic & eidem relictum unius præsentiam remittere, præsertim si reliqui ad actum sufficiunt, uti optime ita decidit *Mev. p. 6. d. 163.*

## XV.

An & uni soli hoc æstimandi arbitrium committi, & ab hoc facta æstimatio an jure valere queat? questio est hinc inde à Doctibus agitata. *Carl. in tr. d. melior. c. 24. n. 20.* hanc distinctionem ex Gomezio adducit; an plures eo in loco haberi possint; an vero unus saltem peritus ibi inveniatur. In illo casu plures & ad minimum duos esse adhibendos, quia constans hæc regula juris est, quod uni testi haud sit credendum, ut ut præclarissima fulgeat dignitate atque honore *L. 9. §. fin. C. de testib. c. licet universis X. d. testib.* In hoc vero casu unus quoque testimonium sufficere, pro communi haberi conclusionem refert, ipse verò hanc temperat, & veram eam saltem esse statuit, ubi de levi aut nullo alicujus præiudicio agitur; secus verò esse, ubi causa ardua & de magno alicujus præiudicio agatur, veluti an quis de vulnere, an de occiso teneatur, & quando causa hominis vel vitam vel famam aut huiusmodi alia gravioris momenti concernat. Et de hac distinctione farraginem

10 182

nem Ddum in unum congesit Mascard *d. probat. in voc. periti P. 3. Concl. 1175. n. 21. seqq.* ubi etiam de eo *n. 22.* tractat; quis probare debeat, plures peritos in loco eo non fuisse repositos, & *n. 24.* adducit Alexandr. Alciat. Ang. secus tenentes, etiam in re quantumcunque ardua, ut ut hominis vitam concernat, dictu unius periti standum esse; si unus tantum in loco reperitur, Ipse vero dissentientes conciliare allaborat, allatâ hac distinctione, ut si ille peritus, qui solus est in loco, sit *optimè peritus* & communiter pro tali habeatur, solus ipsius dictum sufficiat, etiam *in causis maximi præjudicii*, & ipse accedit sententiæ modo citatorum Alexandri & reliquorum, inter quos & Decius imprimis notatur, qui etiam hoc ampliat, ut peritissimi & maximæ autoritatis viri iudicio quoque stare debeat, etiam si plures ibi inveniuntur. Si verò is, qui ibi reperitur, est quidem peritus, sed non tamen ita, ut ei in causa gravissima credi oporteat, & tunc ex vicinia vocandos esse peritos cum aliis *ibid.* citatis statuit *d. l. n. 25.* Contra verò Ruland. *d. Commissar. p. 1. lib. 4. c. 5.* has distinctiones rejicit, & semper ex locis vicinis alios advocandos esse statuit, cum absentia talium personarum jus alterius lædere non debeat, nec ad certum locum ars restricta sit. Rectius autem & hæc ad ea, quæ iudicis arbitrio relicta esse dicuntur, referimus, quando vel lex vel mos regionis de talibus nil certi definit. *Mev. p. 6. D. 161. n. 9.*  
Dn. Præses *in d. Disp. d. modo tax. jurid. p. 22.*

## XVI.

Minus dubii subesse autumant Doctores communiter de sufficientia æstimationis ab uno factæ, si unus ille *publica auctoritate ad id negotii deputatus* & publicè salariatus sit, ut loquuntur, hujus quippe, tanquam perspectæ fidei & peritiæ hac in arte publicè approbatæ, publicæque jam fide & auctoritate muniti iudicio & taxæ standum esse volunt *p. L. fin. C. d. ponderat. & auri illar. Gars. d. c. 24. n. 22. ex Bartol. Alexandr. & aliis Mascard. d. Concl. 1175. n. 28. Mynf. 6. O. 34. Verum & hanc opinionem non subsistere censet Ruland. d. c. 5. n. 6.* quia talis est instar testis, cui si solus est & unicus, ut ut publicè electus, & Curiz honore præcipuo emineat, in judicialibus nunquam creditur, nullusque datur peritus, qui non falli possit. Pro debilitandis autem his Rulandi dubiis & confirmanda priori sententia, videtur tamen & hoc quam maxime militare, quod talis publica auctoritate constitu-

tus taxator, non ex omni parte pro nudo teste haberi debeat, se<sup>d</sup> potius considerandus veniat, ut instructor, arbiter, aut Judex, uti ex Bart. Lupin. Dec. arbitratur Mascard. *d. Concl.* 675. n. 21. & 38. que<sup>nt</sup> solum & unicum etiam concedito suo officio rectè & validè defungi quotidiana loquitur praxis, patet & ex *L. 8. l. 32. §. 13. ff. de recept. L. Theopompus 14 ff. d. dot. pral.* Unde etiam rectè dicitur, unius æstimatoris iudicio standum esse, si in eum partes consenserunt, quam communem opinionem dicit, post alios Mascard. *d. l. n. 29.* Mynd. *d. l. n. 5.* & ibid. Gulich. *in Observat. p. 421.* Dn. Præles *in diss. d. mod. tax. jurid. p. 22.* quamvis tutius plures & duo vel tres eligantur. Gulich. & Dn. Præles *ad. ll. Ruland. d. l. n. 11. seqq. n. 15. seqq.*

## XVII.

Hoc tralatitijuris est, quod taxatores meliorationum, si sunt injurati regulariter æstimationem jure substituentem & validam facere nequeant; quod per text. in *L. comparationes, 20. C. d. fid. instr. l. 6. §. 1. C. d. sec. nupt. l. 9. C. d. restib. c. proposuisti 4. X. d. probat. autoritates & præjudicia satis firmatum a Dn. Præside. in sup. laud. Diss. d. mod. tax. jurid. th. 7. p. 23.* Quod & suo calculo corroboravit Fac. Jurid. hujus loci in Resp. ap. B. Dn. D. Harpprecht. *Resp. s. n. 189. seqq.* & pluribus constabit Mascard. *d. prob. Vol. 2. Concl. 654.* ubi an credulitatis sit, an veritatis. Patitur verò illa regula exceptionem (1) si partes æstimatoribus his juramentam tale remisserint, tum n. æstimatio valida est, etiamsi absque juramento facta juxta veriores sententiam apud Dn. Præl. *d. l. & (2.)* si æstimatorum nonnullorum qualitas & præminencia hanc prærogativam ex locorum consuetudine habeat, ut vel fidei suæ committantur, vel subasseveratione, generosa fidei sepimento vallatâ, id negotii expediant, bey Chr und Freu / Cavalliers parole, quæ quia juramento in effectibus juris æquipollent, ejusdem roboris censetur, ac jurata taxatio. Ertel. *in aur. prax p. 31.* Dn. Præl. *d. l. p. 24. seqq.*

## XVIII.

Si Judex in causa alii adum æstimationis committat, isque eligat & constituat taxatores eosque juramento obstringat, quæ potestas est Commissarii ad id constituti. Rutger Ruland. *de Commissar. p. 1. l. 4. c. 24. n. 4.* hoc juramentum Commissario ab æstimatoribus præstitum

ritum ejusdem est valoris, ac id, quod coram judicio publico præstitum. Sufficit enim, quod æstimatio sub fide juramenti facta sit, ut coram judice ordinario fiat, ubi vel lex, vel mos regionis tale quid non injungit, præcisè non est opus. Habet se hæc juramenti præstatio, per modum actus voluntariæ jurisdictionis, quæ autem talia sunt, ubique & coram quocunque Judice etiam aliàs non competente fieri possunt. *L. 2. ff. de Off. Pres.* Et ita in Tribunali Wismar-judicatum refert. *Mev. p. 6. d. 160.* Excellentiss. Dn. Dr. Schweder in *diff. de melior. feud. c. 5. b. 10*

## XIX.

Taxatas, & eis, quibus hætenus occupati fuimus modis, ad normam justitiam & æquæ redactas impensas refarciri impendenti debere ipsa æquitatis justitiæque ratio satis manifeste efflagitat, imò imperat. Quibus verò modis quibusve remediis, illi, quibus eandem restitutionem debetur, eas sibi servare, aut repetere valeant, de eo non omnium Doctorum una est sententia. Non vacat nunc ea excutere, quibus adeo diversimodè in diversa aguntur. Saltem hoc nobis digito tangendum venit, multum omnino interesse (1.) inter qualitatem impensarum, an sint *necessaria*, an *utiles*, an *voluptuaria* (2.) inter *b. f.* & *male fidei* possessorem impensas tales facientem. (3.) inter ipsa judicia, an sint *realia*, an *personalia*, eaque an sint *universalia*, an *singularia*. (4.) inter facultatem eas *deducendi*, & eas *collendi*: & quæ sunt *alia*. Quæ quia copiose juxta & distinctè satis, ne dicamus ad nauseam, sed ad amissim in omnibus ferè commentariis ad singulos titulos in quibus de impensis refarcendis questio incidere potest, pertractata inventiuntur, ea hic recoquere nolumus. Præ aliis hic commendari merentur tum impigri & diffusioris, tum accuratioris laboris, & perspicuitatis laude præeminentes, qui omnium loco esse possunt C. J. A. Wessening, cum not. Hahn. Franzk. Struv. cum addit. Mülleri, B. Dr. Lauterbach. in *Commentariis aut Collegiis suis ad tit. de hered. petit. ad tit. d. R. Vind. ad tit. de imp. in res her. item ad tit. Commod. de pos. & similes Fab. in qui. 5. & in specie in materia feudorum Excellentiss. Dn. Dr. Schweder in *Diff. de Meliorat. feud. per integrum. c. 4.* id saltem hac vice speciatim in hoc articulo notare placet, *alia esse remedia*, quæ competunt in casu, quo is, qui impensas fecit, rem in quam impendit *adhucdum possidet*; *alia vero ubi possidere desuit*. In illo casu, possessor habet beneficium *restitutionis*, aut *exceptionem doli mali* adversus eum, qui rem suam reperit,*

tit, antequam de impensis satis fecerit. *L. 14 §. 1. ff. comm. div.*  
*L. 14. ff. d. dot. mal. Smet. exc. L. 7. §. 12. ff. d. A. R. D. §. 30.*  
*§. 32. §. 7. d. R. D. L. 45. §. 1. ff. d. A. E. V. L. 5. C. d. R. V. id*  
 quod alias Dd. exprimere solent per jus deducendi, quod inest ex-  
 ceptioni doli mali. Hahn. ad Wefenb. *d. imp. in res dot. fact.*  
*th. 3.* Hac n. tutus dicitur deducere impensas, quia rem non restituit  
 donec impensas in eam factas recipit. *text. in L. 38. ff. de her. pot. vid.*  
 omnino Franzk. *ad tit. R. V. n. 86. seqq plur.* ubi distinctè quis  
 possessor, & quas impensas deducat. Hæc vera sunt, quam diu *lex*  
*non iubet retentionem*, veluti *in re dotali* à marito meliorata. Hanc  
 enim maritus aut ejus heredes restituere debent, nec jvantur, ne  
 quidem quoad impensas necessarias sibi servandas, beneficio re-  
 tentionis, quod quidem jure Pandectarum competebat per *l. 5. ff. de*  
*imp. in res dot. fact. l. 56. §. 3. ff. d. jur. dot. §. 37. §. de act.* Sed  
 jure Codicis expressissimis ob summum dotis favorem denegatum extat  
*in l. an. §. 5. C. d. R. U. A.* quod tanquam jus novius, nil mo-  
 rente in contrarium lepidà eâ subdubitandi ratione, à suggestione  
 Uxoris imperatoris petirà, quâ uti aut potius jocari voluit Dn. Titius  
 in *Observ. ad Schuz. Comp. Laut. 8. 787.* nec ratione, quâ utitur  
 Meier. in *C. 7. A. ad tit. d. imp. in res dot. §. 9.* petirà à prioritate  
 Codicis Justiniani simpliciter sic dicti, cui satisfecit Eckhold. in  
*Comment. ad d. i. §. 2. in fin.* nos merito & hodiernum sequimur. vid.  
 B. Dn. Lauterb. in *diss. de retent. 6. 24. §. in Colleg. ad tit. d. imp. in*  
*res dot. fact. §. ult.* Uxor tamen actione de dote minus repetit, qua-  
 si res non amplius dotalis esset. *L. is. pr. ff. eod. Hahn. ad Wefenb. ff.*  
*eod. n. 2. in fin.* & hæctenus quoque necessariæ impensæ dotem i-  
 plo jure minuere recte dicuntur §. 37. §. de act. & *LL. supra alleg.*  
*Dominium* per tales impensas diminuerentur, sed saltem, quod quoad  
 valorem & estimationem pecuniariam, & quâ universitatem diminuta vi-  
 deantur *L. 1. §. 4. ff. de dot. præg. Barbol. in tit. solut. matrim. p. 2.*  
*ad rubr. n. 22. Muller in not. ad Serv. in. S. 7. C. Ex 30. th. 60. lit. 60.*  
 Hahn. *ad Wef. d. l. th. 2. Vitriar. in Univ. Jur. Civ. tit. de Nupt. p. 118.*  
*n. 158. B. Dn. Lauterb. ibid. th. 7.* Quod si verò dotis estimatio re-  
 stituenda & dos in rebus fungibilibus consistit veluti si pecunia in do-  
 tem data, compensationi omnino locus est, *L. 15. §. 1. L. 66. §. 1 ff. sol.*  
*mar. L. 1. C. rer. anot. junct. L. f. C. d. compens. quam nec L. un. §. 5.*  
*C. de R. U. A. excludit*, quippe quæ tanquam correctoria, saltem di-  
 sponens

sponeus de *exceptione retentionis*, quæ fit *facto hominis* sibi quasi jus propria sua auctoritate dicere volentis, strictè accipiendæ, & ad *exceptionem compensationis*, quæ fit *ipso jure* & ex dispositione legis nulloatenus extendenda. Hahn. *d. l. B. Dn. Lauterb. ad d. rit. ab. ult. Dn. Berger in resolut. ibid. B. Dn. Sam. Stryk. in not. ad Schuz. ibid. in fin. Vitriar. d. l.* Aliquando verò ubi *jus deducendi* possessori non competit, *jure tollendi* contentus esse debet, vocant hoc & medium abstractionis. s. *detraktionis*, per *L. 37. L. 38. ff. L. 5. in fin. C. d. R. V. L. 38. L. 39. §. 1. ff. d. H. P. L. 9. ff. de imp. in res dot. fact. vid. Vinn. l. 1. sel. qu. 24. Struv. in S. 7. C. Ex XL. th. 32. seqq. Muller in addit. ad Struv. Ex. XXX. th. 72. ubi monet, quid observandum sit, ut intra terminos justitiæ & æquitatis maneat talis sublatio aut separatio melioramentorum, B. Dn. Lauterb. *ad tit. de R. V. th. 19.**

## XX.

In casu vero *posteriori*, ubi illè qui impensas in rem alienam fecit, hanc *non amplius possidet*, paratæ sunt *actiones variæ* pro varietate negotiorum & causarum, ex quibus aut propter quas debentur impensæ in rem alienam erogatæ, secundum ea, quæ distindè adduximus in *concl. 7. & 8.* Sic in rem *merè alienam* & *alterius causæ* quæ sunt impensæ, repeti possunt, e. gr. vel *actione depositi* contrariâ si depositarius in rem depositam pro necessitate impendit *L. 2. pr. ff. de pos. L. 23. ff. eod.* vel *actione commodati* contrariâ, si commodatarius in rem commodatam impensas fecit necessarias *L. 18. §. 2. ff. commod.* vel *actione pignoratitiâ* contrariâ, si creditor hypothecarius in rem oppignoratam necessariò impendit, *L. 8. pr. ff. L. 7. C. d. pign. act. & id genus aliâ.* Non minus etsi hi tales utiles impensas fecerunt, iisdem repetere possunt *actionibus* secundum præscriptum in *L. 25. ff. de pign. act.* Non autem tantum hujus generis contrariis *actionibus*, sed & *directis* impendia in rem alienam etiam quam quis sui gratia tenet, ab hoc ipso in suam quidem utilitatem, ab alio tamen ipsi ex lege contractus debitam, facta, veluti si conductor in rem locatam eum in finem, ut ipsa rectè uti queat, utiliter impendit, & propterea *actione* conducti locatorem convenit, repeti posse, constat ex text. jam supra in *concl. 7.* hanc in rem allegatis. Quibus verò rem nunc *quidem*, sed revocabiliter saltem *nostram*, aliquando tamen *alterius ex-donam* meliorem reddidimus, eas repetere licet vel *actione mandati*,

dati, si *voluntate hujus c. gr.* mulieris in re dotali factæ sunt, sin ve-  
rò citra ejus voluntatem erogata utiliter tamen actione negotio-  
rum gestorum *L. un. §. 5. C. d. R. U. A.* Prout etiam de melio-  
ramentis rerum feudalium ab Agnato vel domino, qui earum pos-  
sessionem antequam Vasallo vel heredibus ejus de impensis sive ne-  
cessariis sive utilibus satis fecerit, nactus est, eroganti refundendis  
communiter actionem ad exemplum rei dotalis, aut similis à marito  
aut domino s. possessore suo antea melioratæ competere asserunt,  
quamvis de specie actionis non conveniunt, aliis actionem nego-  
tiorum gestorum, vel saltem utilem, aliis conditionem in-  
debiti; aliis implorationem officii Judicis, aliis tandem con-  
ditionem ex moribus feudalibus dictam alias beneficiariam lar-  
gentibus, uti videre est ex Authoribus sollicitè & catervatim congestis  
ab Excellentiss. Dn. D. Schwedero in *Disp. de meliorat. feud. c. 4. th.*  
ubi ultimam hanc sententiam sibi præ aliis maxime per placere  
scribit, quia in eam actionem venit omne id, quod intuitu feudi  
vasallus & dominus sibi invicem præstare tenentur, per consequens &  
meliorationum impensis vasalli feudo adjectarum æstimatio a domi-  
no Vasallo restituenda: quæ actio semel in persona Vasalli nata ejus  
heredi quoque, ut ut ea qualitate destituta & saltem allodiali dein-  
de rectè accommodatur, tanquam eum aliàs in omnibus repræsen-  
tanti, ad exemplum actionis pro socio etiam heredi socii compe-  
tens, ut ut ipse socius non sit. *L. 63. §. 8. Dn. Dr. Schweder d. l.*  
*in fin.*

## XXI.

De cætero verò anne ei, qui non deductis, quas deducere pote-  
rat impensis, rem domino restituit, conditio indebiti, saltem  
incerti ad possessionem tamdiu quasi indebite, quamdiu de impen-  
sis nondum satisfactum est, translata competat: id maxime con-  
trovertum est. Negant id Bachov. *ad Treul. 1. d. 14. th. 19. lit. O.*  
Vinn. *ad §. 30. 7. de Rev. div. n. 4. & in select. quest. 1. qu. 24.* Struv. in  
S. J. C. *Ex ii. th. 36.* Floerck in *not. ibid.* Müller in *addit. ibid. lit. y.*  
Strauch. in *univ. Jur. Justin. Ex 6. th. 46.* Willenbach *Disput. ad Inst.*  
*20. §. 19.* ubi dicit: falli in hoc maximum Juris interpretem Cujaci-  
um, aliique & ab his quoque citat. Præcipuum suæ sententiæ ro-  
bur in eo collocant (1) quod in *L. 33. ff. d. cond. indeb.* expressè ne-  
getur conditio in casu, si quis in aliena area ædificasset, & posses-  
sionem

tionem ipse tradidisset, ex ratione, quia, qui ita ultro tradit, nullum cum eo negotium gerit, nihilque accipientis facit, sed suam rem dominus suo jure recipit, aut habere incipit. (2.) in generali illa, quæ horum quoque & maxime pertinet, definitione JCti in *L. 51. ff. eod.* hanc regulam formantis: Ex quibus causis retentionem quidem habemus, petitionem autem non habemus, ex iis, si quæ solverimus, ut ut ex errore, ea repeti non posse: si quidem nec solus error solventis, aut tradentis conditionem parit, nisi simul aliquid faciat accipientis. Hoc etenim inter requisita hujus actionis rectè ponitur, per §. 1. 7. *quib. mod. re contr. obl. §. 14. 7. d. alt: L. f. in fin. ff. usufr. quem. cau. L. 33. L. 53. ff. d. cond. ind. B. Dn. Laurerbach. in Tract: Syn. ad tit. d. cond. ind: §. 1. n. 4. (3)* in communibus veterum JCtorum ferè omnium traditione quæ tralatitij juris esse edocemur atque cognoscimus, nullo alio modo impensas in rem alienam factas servari posse, quam per retentionem oppositâ doli mali exceptione, si res à domino vindicetur *d. l. 33. in fin. ff. d. cond. ind. L. 24. ff. d. dol. mal. except. L. 48. ff. d. R. V. L. 21. ff. ad SF. Trib. quæ retentio saltem ex æquitate concessa est possidenti, cum retinere sit commodum possessionis, ac habeat, quod sibi imputet possessore, cur non fuerit diligens in retinendo, ac impensas non antea deduxerit, quas facilè deducere potuisset ac debuisset, si eas recipiendi animus ipsi fuisset. *L. 203. ff. d. R. 7. Struv. d. l. unde nobis non licere pro indubio habetur, contra expressos textus, & manifestam juris rationem etiam non possidenti solo æquitatis obtentu, deficienter causa & fundamento in quo actio radicetur, remedium aliquod discernere, quod solius Legislatoris est. L. 1. L. 9. L. ult. f. d. LL.* Neque enim sola æquitas, & inde fluens obligatio naturalis citra juris dispositionem valet actionem aliquam producere. vid. omninò B. Dn. Fromm. *d. alt. nat. & dat. ib. 19.* ubi pro more solidè. *Vinn. ad. ll. ubi argutè,* ut solet differit de toto hoc articulo argumenta quæque quæ pro contraria stant sententia prosternere multum sibi facillite negotij. Sed his non obstantibus affirmativam opinionem, quæ indebiti conditionem, incerti nimirum, concedit in casu, ubi quis ommissa exceptione doli mali vindicanti opponendâ, rem per errorem domino restituit, ad possessionem indebitè tantisper, quia sumptus antea debebant refundi translaram repetendam & retinendam, donec de his satisfiat, nos quidem intrepidè, pro veriori, æquiori, & receptiori habemus: idque (1.) ob manifestissimos, qui hîc extant, textus*



tum in L. 40. §. 1. ibi: & sine deductione domum tradiderit, posse in-  
 certi condici, quasi plus debito dederit ff. d. cond. ind. junct. L. 21. ibi: Sed  
 posse eum rerum hereditariarum (quas improvide restituit non facta de-  
 ductione quarta:) possessionem vel repetere vel nancisci, & N.B. adversus  
 agentem exceptione doli mali uti, (uti hac utipoterat ante restitutionem:)  
 & debitoribus denunciare ne solveretur ff. ad SCr. Trebell. tum in L. 15. §.  
 1. ibi: quem admodum si falsè existimans possessionem me tibi debere alicujus  
 rei tradidissim, condicerem; sed & si possessionem tuam fecissem, etiam  
 si recte per indebitam: (rectius legitur indebiti:) conditionem agerem  
 ff. d. cond. ind.: insuper & (2.) ob evidentissimam juris rationem,  
 modo adductos textus quam fortissimè suffulcientem, quæ hoc tug-  
 gerit principium, quod ei, qui justo errore ductus tradendo quid ac-  
 cipientis facit, ad quod actione conventus non tenebatur, conditio  
 indebiti parata sit L. 1. §. 1. L. 19. §. 1. L. 22 pr. & §. 1. L. 23. §. f.  
 ff. d. cond. ind.: Cum itaque b. f. possessor, omitta exceptione per  
 errorem domino restituens impensas necessarias faciat accipientis, ad  
 quas actione conventus non tenebatur, tum quia possessio sine im-  
 pensarum deductione non debetur L. 48. ff. d. R. V. L. 12. in fin. ff. d.  
 vi & vi arm.: tum quia possessionem pleniorum domino tradens eum  
 facit locupletiorum, quæ est causa repetitionis d. l. 19 §. 1. confe-  
 quens est inde, non posse ei jure denegari hanc conditionem, uti hoc  
 stringenti argumento & his ipsis verbis, quæ, quia rem clarissimè expli-  
 cant & ob oculos ponunt nostra facere haud sumus subveriti, utitur  
 Franzk. Ex. 4. qu. 5. n. 5. qui & ibid per tot. hanc juris quæstio-  
 nem accuratè & solidè, quod & ipsi proprium est, pertractat & ad  
 omnia dubia dissentientium strictim respondet, qui omnium loco  
 esse potest; stipatus non tantum auctoritate anteriorum etiam pro-  
 babilissimorum JCorum Cujac. l. 10. c. 4. Hotomanni, Gilkenija se al-  
 legatorum: Bronchorst. 3. Animom; Aff. 17. in fin. sed & sequentium  
 & modernorum optimarum itidem notæ JCorum in ejus sententiam  
 pronò pede eantium. Vitriar. in jur. univ. l. 2. t. 1. §. 81 Brunnem.  
 ad l. 33. ff. d. cond. ind. n. 6. B. Dn. Lauterb. in Colleg. ad tit. d. A. R.  
 D. §. 101. Schüz in Comp. ibid: p. 566. Excell: Dn. Dr. Majer in  
 Comment. ad inst. t. d. rer. div. §. 30. p. 379. ubi etiam allegat B. Dn.  
 Scheinem: Ex 2. th. 2. Add. Zöcl. in Comment. ad tit. ff. d. A. R. D. n.  
 61. ubi simpliciter recenset alios conditionem talem concedere, ad  
 minimum officio Judicis succurrendum esse pro æquo habet, &  
 quam variè in assignanda actione Dd. hæc incedant retitit quoque cum

Authoribus suis Excellent. Dn. Dr. Schwed. *d. melior. feud. d. c. de  
 ib. 21.* & cum conditio indebiti locum saltem habeat, ubi per erro-  
 rem quid datum, sarius reputari utili negotiorum gestorum actione  
 uti ex Rosenthal, *d. feud. c. 10. Concl. 43. n. 114.* adducit, ipse vero  
 in casu, ubi de impensis in rem feudalem agi necesse est conditio-  
 nem ex moribus feudalibus competere magis probat per ea qua con-  
 cl. *preced. jam notata.* B. Dn. Sam. Stryk in not. ad Schüz. tit. d. A. R.  
 D. conditionem quidem ex L. 40. ff. d. cond. ind. admittit, aut non  
 indebiti eam ibi dici, sed incerti, quæ competat ad interesse, conno-  
 tat. Huic à nobis defenſitatæ veriori ſententiæ nihil decedit, per  
 allatam à diſſentientibus diſtinctionem, quæ textus pro hac ſententia  
 cardinales ſupra adductos inſtingere conantur, ſcribentes multum in-  
 teſſe, utrum quis in rem alienam quæ talem, & quam ſcit ſe re-  
 ſtituere debere, ac proinde animo ſibi alium obligandi impenſas  
 faciat, de quo caſu text. in L. 40. §. 1. ff. d. cond. ind. & l. 21. ff.  
 ad S. Trebell. quibus conditio indebiti rectè propterea conceditur,  
 loqui aſſerunt, cum loquantur de herede fiduciaſio, qui domum,  
 quam ex fidei commiſſo debeat reſtituere, ſuâ impenſâ refecit; an verò  
 ſuo nomine tanquam in rem propriam impenſas faciat, de quo caſu  
 intelligi volunt reliquos textus omnes, qui non niſi retentionem poſ-  
 ſidenti, nullam verò actionem, adeoque nec conditionem indebiti  
 incerti, non poſſidenti amplius concedunt per L. 14. §. 1. ff. comm.  
 div. L. 5. C. d. R. V. L. 4. C. d. N. G. & ſimiles alias ſuperius jam cit.  
 Per hanc etenim ſubtiliter excogitatam diſtinctionem contra veritatem  
 eam parum effici, concludere facile poſſumus exinde, partim quod  
 quæ res tempore erogationis ſumptuum erat propria, dominio ſaltem re-  
 vocabili, ea tempore reſtitutionis rei & repetitionis illorum ſumptuum  
 potius haberi debeat tantisper pro aliena, per concl. 7. ut ita, vel ex  
 hac ratione ſaltem & quoad hunc effectum utrumque datæ illius diſ-  
 tinctionis membrum in idem recidat, & ex pari judicandum veniat,  
 ita ut, quæ remedia juris ad unum illius caſum, eadem & ad alium  
 quadrent, add. Franzk. d. Ex. 4. qu. 5. in fin. ubi quomodo in  
 caſu fidei commiſſi in diem relicti heres poſt exiſtentiam diei retro  
 haberi poſſit pro eo, qui non in rem propriam, ſed alienam potius  
 impenderit; quod etiam ex exemplo rei dotalis ſumptibus mariti,  
 utut veri ejus domini, & utilitatem quoque propriam in impenden-  
 do reſpicientis, melioratæ, vel maxime patet, quippe quæ non deducit  
 Etis

his necessariis impensis restituta marito, quia totam dotem restituendo  
 plus debito dedit, conditionem indebiti competere æquius esse pro-  
 nunciat JCtus in *L. 5. §. 2. ff. d. imp. in rei dot. fult.* Welenb. *ad*  
*d. e. n. 2. Hahn. ibid. d. n. 2. Eckold. ad. d. 1. §. 2. vid. concl. præ-*  
*ced. 20.* partim quod etiam in casu, ubi quis suum negotium se gerere  
 existimabat, quod revera erat alterius actio negotiorum gestorum  
 utilis per leges nostras disertissimis data inveniatur, *l. 6. §. 3. L. fin. ff. d.*  
*neg. gest.* & qui impensas facit b. f. possessor, tanquam in rem non alie-  
 nam, sed suam, tamen propterea non excludatur à repetitione, si  
 quidem vel retentionis, vel actionis negotiorum gestorum beneficio  
 eam uti posse constat etiam *ex L. 50. §. 1. ff. d. her. per. §. d. L. 6. §. 3. ff.*  
*d. N. G.* Quia ergo hæc actio parata est quoque illi expendenti, qui  
 & in rem alienam tanquam propriam erogavit, quod & modo cit. *LL.*  
 & *Dd. allegati* satis superque evincunt, sequitur suâ sponte, quod  
 qui non deductis impensis rem restituit, plus debito dederit, aliàs  
 ad id repetendum nec hæc actio competere possit, per consequens  
 ad id quod ultra dedit, & ad possessionem hæctenus indebitè transla-  
 tam repetendam, & conditionem indebiti incerti non possit non & ut-  
 robique quidem, competere. Argumenta dissentientium supra in  
 frontispicio hujus conclusûnis allata non est quod ad eò metumamus.  
 Nam ut brevissimis respondeamus (1)um & (2)dum pertinet ad exclu-  
 dendam conditionem indebiti *certi*, non verò ad excludendam condi-  
 tionem *incerti*, de qua nos loquimur. vid. Franzk. *d. l. qui n. 7.*  
 duobus argumentis id solidè demonstrat, (3) tium respicit casum  
 possessionis nondum restituta. Tunc enim possessori consultum est  
 satis retentionis beneficio. Secus ubi qui impensas fecit à possessione  
 exclusus est, tunc æquum est, ut & actionum remediis ei succurratur in  
 specie quoque & conditione indebiti incerti. vid. omninò Franzk. *per*  
*d. qu. 5.* quo nos merito remittimus. Et hanc sententiam æquior-  
 rem esse lubentissimè omnes etiam dissentientes concedunt, & est  
 omninò tota conditionum indebiti natura æquitate naturali vel  
 maximè vallata per text in *L. 25. L. 66. L. 65. §. 4. ff. d. cond. ind. B.*  
*Da Lauterbach ad tit. d. A. R. D. ib. 101.* ubi quod stricto quidem  
 jure communiter hæc actio negetur, ex æquitate tamen competere di-  
 cendum sit. Recepiorem verò & moribus modernis hanc sen-  
 tentiam nostram in foro propter modo deprædicatam æquitatem præ-  
 valere,

valere, iidem quoque, dissentientes ceteroquin, cum aliis idem arte-  
stantibus diffiteri non possunt, ex Molin. *ad Consuet. Paris. tit. 1. §. 1.  
gloss. 5. n. 164.* Græneweg de *L. L. abrog. ad. §. 30. 7. d. R. D.*  
Struv. in *S. 7. C. Ex. 11. th. 36. in fin.* ex Zipro quoque in *notit. Jur.*  
Belg. *ad t. d. R. V. Vinn. d. qu. 24. in fin.* qui quidem *ad §. 30. 7. d.*  
*R. D. n. 4. in fin.* id ex Molin. restringit saltem quatenus dominus  
locupletior factus, in quo consentientem sibi habet Menoch. *d. recip.*  
*poss. inter d. rem 2. n. 12. §. 13.* & promptius admittendum esse monet, in eo  
qui bona fide in alieno ædificavit per *L. 32. ff. d. R. C. & ex Argent. ad*  
*Consuet. Brittan. art. 536. gl. 1. n. 5.* Mornac. *ad L. 33. ff. d.*  
*cond. ind.* Wislenbach in *Comm. ad ff. iii. d. A. R. D. th. 19.* ubi  
humaniorem hanc vocat sententiam hodiequæ receptam. Adde.  
Cypriam. Regner. *Disp. ad 7. ff. 5. th. 14. in fin.* scribens, quod mor-  
tibus nostris juxta simplex jus Gentium toties nascatur obligatio,  
quoties res nostra melior facta est: ad quem etiam provocat Struv. *d.*  
*L. in fin.* Quod quidem de obligatione merè naturali concedi possit,  
de ea verò quæ effectum actionis movendæ in foris nostris producit  
nullatenus. Sola enim obligatio naturalis, si jure nostro s. civili s. præ-  
torio non adjuvatur, id efficere non valet. vid. Struv. *Ex. 6. c. 11.*  
& supra ex Frommanno tradita.

## XXII.

Hanc conditionem indebiti incerti, de qua hætenus nobis  
sermo fuit, ut aliquanto penitus intraspicere liceat, præcipuas quæ-  
dam ejus qualitates, secundum ordinem causarum, & ex hoc  
derivata genera divisionum de quibus vid. B. Dn. Dr. Frommann.  
*d. action. per divis. in gen. per tot.* aducdum succinetè quidem exami-  
nare placet. Est igitur hæc conditio actio (1.) ratione *causæ efficientis*  
*remote* non Prætoria, sed Civilis. Nullibi enim in legibus nostris  
dicitur, quod à prætore primitus fuerit introducta, & quia oriunda  
ex quasi contractu, uti mox pluribus, inde prono alveo concludere  
datur, eam esse civilem, quia uti ex contractibus *veris*, tam innomi-  
natis, quam nominatis descendentes actiones omnes, sine exceptione  
& ex quasi contractibus pleraque tales sunt, nec inveniuntur certo &  
expresse exceptæ, nisi tres, nempe actio de receptis *L. 1. pr. ff. Nau-  
caup. Strab. funeraria, L. 12. §. 2. ff. d. relig. & sumpt. fun.* Prorute-  
*læ L. 1. pr. ff. d. eo qui protur.* Dn. Præles in *Diss. de jure Protur. th.*  
*4.* ut adeo & hæc exceptiones confirmant regulam in casibus non ex-  
cepis: (2.) ratione ejusdem *causæ remote* non tam *in se* quam quæ  
*modum*

modum proponendi considerat, si quis hanc conditionem indebiti non pro directa agnoscere, sed utilem ex mente dicere mallet, ei in hoc non adeo repugnaremus. Ut ut enim in legibus huc pertinentibus, sub hoc nomine expresse non veniat, quia tamen probabile est legum nostrarum conditores conditionem indebiti concedendo respexisse casus eos, ubi totum id, quod indebitum solum est, simpliciter & ex omni parte quod solum est, repetendum venit, etiam cum effectu in perpetuum duraturo, & sine necessitate condicenti imposita id alteri illo modo restituendi, quae est natura conditionis indebiti ordinaria, quae certi vocatur, & directa quoque appellari meretur, quia ita verbis L. L. expressis proposita invenitur L. 1. l. 2. l. 3. L. 7. cum similibus ff. d. cond. ind. ex aequitate vero deinde per interpretationem, spectata rationis identitate in eo consistente, quod nemo suam iactare praesumat, & iniuriam sit aliquem cum alterius injuria fieri locupletiorum, eo eventum esse, ut si quod traditum est, in se quidem debitum sit, e jusque dominium recte translatum, possessio vero adhuc retineri potuisset, usque dum & ei ratione suarum praetensionum, veluti impensarum in rem factarum, satisfactum fuisset, haec vero ita praeproperè translata per incerti indebiti conditionem repeti possit, quod quia saltem per consequentiam & ex ratione legis inductum videtur, inde actionis utilis ex mente nominatae conditio non indigna judicari poterit: quo facere videntur in L. 40. §. 1. ff. d. cond. ind. quae leguntur verba finalia: ibi: quasi plus debito dederit: quod magis adhuc dicendum, ubi de quasi traditione rei incorporalis aut juris alicujus indebitae facta quaestio occurrit, quippe quod casu eadem incerti conditio competere dicitur in L. 22. §. 1. ff. d. cond. ind. quae & ipsa cur non aequae utilis dici debeat, ac actio communi dividundo, quae directa est, quando de rei corporalis divisione, utilis vero quando de rei incorporalis divisione agitur, per L. 4. pr. junct. L. 7. §. 6. ff. comm. div. ratio nulla apparet. (3) ratione causa efficientis proxima, actio est, non dativa, quia immediatè legis dispositione non deprehenditur producta. Equitas enim sine lege immediatè talem actionem singulariter dante haud sufficit ad producendum hunc partum, uti nec lex eam dare solet sine speciali aequitatis causa: quae duo in actione dativa semper conjuncta sunt B. Dn. Dr. Frommann. de act. nat. §. dat. ib. 17. seqq. sed nativa, fluens ex obligatione natà ex quasi

D

contra tu,

contractu, qui se fundat in facto acquisitionis ob causam præsenti-  
 dum datam per errorem possessionem sibi deberi putavit accipiens,  
 etiam si de impensis in rem factis danti nondum satisfactum fuerit.  
 Si enim quis hoc nomine aut ex hoc facto in casu quo solutio ei facta est  
 animo dominium in perpetuum & irrevocabiliter transferendi & ob-  
 ligationem extinguendi ad restituendum tenetur *L. 33. L. 53. ff. de  
 cond. ind.*, si indebitum fuit, quod ita solutum est, quidni & ex eodem  
 capite teneretur, si possessio saltem indebitè translata, & ea propterea re-  
 petitur *L. 15. §. 1. L. 40. §. 1. ff. eod. B. Dn. Fromm. d. act. nat. & dat. th. 17. in fin.*  
 quamvis saltem effectu quodam temporario usque dum satis fiat, per ea  
 quæ docet B. Dn. D. Lauterb. ad. d. r. b. 7. & ad t. d. A. R. D. th. 101. Qui autem  
 ex obligatione ex quasi contractu oriunda tenetur, is non convenitur nisi  
 actione nativâ, nullatenus verò dativâ, quæ saltem competit, ubi ordi-  
 nariz actionem producendi causæ deficiunt B. Dn. D. Frommann. d.  
 act. nat. & dat. th. 4. th. 9. §. 9. §. 13. segg. junct. b. 17. segg. (4.)  
 ratione objecti, ut alia prætereamus non adeò dubia, vel maxime con-  
 troversum videtur hæc indebiti incerti condictio an sit possessoria, an  
 verò petitoria? Possessoriam esse & quidem recuperandæ pos-  
 sessionis censet cum aliis allegatis Menoch. *Inrecup. poss. interd. rem.  
 2. n. 1. seg.* At petitoriam esse autumant B. Dn. Rebban. in *Hodeg. Jur.  
 schaft. 2. clim. 4. parall. 4. §. 3. pag. 805.* B. Dn. Fromm. d. act. pet. &  
 poss. b. 17. cum quibus in eandem transire sententiam, nos quidem haud  
 subsistimus, Quamvis enim dominium rei aut res ipsa in se non  
 dicatur indebitè translata, cum ad eam simpliciter restituendam jure  
 obstrictus esset, nec dominium rei repetatur, sed saltem possessio illius  
 rei indebitè translata intelligatur, & hæc saltem tanquam iudebitè  
 translata repetatur, adeoque objectum huius condictionis non sit nisi  
 possessio, de quâ quæ solummodò unicè & principaliter competit  
 actio non est nisi possessoria *pr. 7. d. interd.* Cum contra petitoria  
 sit, quæ ad rem ipsam petendam competit, præscindendo a possessio-  
 ne, quæ saltem per modum consequentiæ in eam venit, non ex  
 principaliore & eminentiori agentium intentione B. Dn. Frommann.  
 d. act. pet. & poss. th. 1. segg. & passim *ibid.* Attamen ex hoc  
 solo non possumus aut debemus hanc actionem possessoriam statuere.  
 Namque (1.) per possessionem hinc repetendam aut restituendam non  
 intelligitur mera quædam possessio, sed imprægnata aut qualificata  
 jure

jure deducendi impensas in rem eam utiliter factas, aut facultate opponendi exceptionem doli mali agenti rei vindicatione, aut aliâ quâdam actione jure ad id institutâ, obijciendam, quamdiu de impensis satisfacere detrectat *L. 14. §. 1. ff. comm. div. L. 48. ff. d. R. V. cum similibus aliis*, ita ut in effectu non nisi impensas suas hæctenus erogatas hoc remedio quasi sibi recipiat, qui eas fecit, in hunc finem n. possessionis restitutionem desiderat, quod Dn. Stryk *supr. all. loc.* interesse vocat per conditionem illam incerti repetendum. (2) quia hæc conditio indebiti incerti non est saltem interimisticum aliquod remedium, quod aliud adhuc remedium, principalius aut plenius de jure circa rem plenius & ultimato expediendo & decidendo agens, regulariter sibi pedissequam habet, quod proprium est omnium actionum possessioniarum, exceptis iis interdicitis, quæ interponuatur de locis sacris, religiosis &c. ne quid in iis fiat, quod fieri non debet, quæ velus proprietatis causam, & non possessionis continere dicuntur *in L. 2. §. 2. ff. d. interd.* singulari quadam ratione, & ex eo, quia hoc tali interdicto interposito nil amplius reliquum est, de quo quis agat, iudicii petitorii exitum quod sortiri propterea dicitur B. Dn. Fromm. *d. act. pet. & poss. th. 19.* Sed est potius hæc conditio incerti principale illud remedium, quo quis quod unicè & ultimato intendit, veluti hæc jus deducendi aut recipiendi suas impensas faciliori ea viâ, quâ ante retentionem sibi consulere poterat, hæctenus omisâ nunc redintegratâ, per Judicis declarationem impetrat, eoque ipso intentionem petitionemque perfectè obtinuit, sine metu avocationis impetratæ, aut ulterioris alicujus adhucdum restantis discussionis, cum tota lis jam peracta sit & nunc & in posterum, quod præcipuum sibi habent actiones petitoria præ possessionis & per hoc essentialiter à se invicem differunt, B. Dn. D. Frommann *d. th. 1. seqq. th. 63. seq.* (3) oritur hæc actio ex quasi contractu. Quæ n. earum nec est realis, uti interdicitæ retinendæ possessionis, nec imploratio officii Judicis, veluti interdicitum quorum bonorum, illæ sunt personales, & quidem ex delictis ad unum ferè omnes descendentes. *arg. L. 1. §. 1. ff. ne vis fiat ei qui in poss. miss. L. 1. pr. §. 3. 14. & 15. L. 3. pr. L. pen. ff. d. vi & vi arm.* B. Dn. Frommann. *de act. pet. & poss. th. 59.* (5) ratione forma accidentalis est hæc actio stricti juris, perinde ac conditio indebiti ordinaria, & certialis est, *arg. §. 28. 7. d. act.* ita ut nec hominè usurarum præstationem admittat: quod latè deductum à Dn.

Præside

Præfide in Collat. Jur. Rom. cum Rec. Imp. Sect. 6. th. 1. (6) ratio  
ne contrariorū est perpetua, quia Civilis & ex quasi contractu. (7)  
est transitoria & activè & passivè, quia ex quasi contractu vid. B. Dn.  
D. Frommann, d. action. div. in gen. c. 14. § 15.


## XXIII.

Melioramenta non mutant naturam rei melioratæ; & idè facta  
in bonis fideicommissio obnoxii illorum naturam non alterant, etiam si  
saltem pars minima antiqui ædificii superfit, vel nihil præter solum, quia  
adhuc ædificando in solo hereditatis ædifi. atum cedit solo, & ejusdem  
dominii efficitur, cujus est solum: uti id ex hac ratione concludit  
post Rot. Marc. Ant. Sabell. in Summ. divers. tract. voc. Meliora-  
menta n. 20. Et facit huc vel maxime text. in L. 65. §. 2. ff. d. leg. 1.  
Mutatis etenim partibus & manente eadem formâ eadem res dicitur.  
Quod multis exemplis illustrat JCrus in L. 76. ff. d. jud. ita tandem  
in fine concludens: Cujus rei species eadem consistit, rem quoque e-  
andem esse existimari: add. Petr. Duenn. reg. 376. Brunnem. ad d.  
L. 76. § ibid. alleg.

## XXIV.

Si emptor & ex hoc titulo hætenus possessor rei alienæ, cui ea à  
domino evincitur, neglexit meliorationes deducere aut recuperare  
ab evincente, quod jure poterat, uti ex traditis constat, & deinde  
has ipsas aut interesse à venditore suo, institutâ adversus eum actione  
de evictione, repetere vellet, in hoc non est audiendus, cum propriâ  
suâ culpâ hoc damnum sentiat: per disertiss. text. in L. Idg. 45. §. 1.  
ff. d. A. E. V. quod tamen limitatur in ipso textu, nisi venditor rem  
alienam sciens vendiderit. d. §. 1. in fin. Vincent. de Franchis in dec.  
Neapol. 112. ubi ita in consilio judicatum esse refert. n. 9. §  
ibid. Ricc. in addit. Aliam limitationem ex Alexand. Vol. 2. Cons. 67.  
in fin. adducit Addition. Bartol. ad L. Titius 44. ff. d. A. E. V. lit.  
b. nempe, nisi promissum sit per venditorem emptori, quod re evictâ  
de nullâ culpâ teneri debeat. Pedem nunc hîc sistimus.

S. S. D. G.





**I**MPENDIS tempus studiis: Hæc maxima laus est.  
Quid REPETIS? sequitur non minor utilitas.

*De impensis in rem alienam factis, earumque æstimatione & repetitione laudabiliter inaugurali labore disputanti Dn. Candidato Respondenti Amico & Auditori suo æstimatorissimo paucis his accinit.*

PRÆSES.

**P**Rolixos equidem versus, VOLLMARE, mereris:  
Sed dico paucis: Omnia fausta fiant!  
O utinam Genitor Superos interque beatos  
degens, hæc posset æternæ fata Tuus!

L. M. que

JOH: ULRICUS SCHMIDT.  
D. Archiater Württemberg.

**Q**uod non *impensas*, nec iners detriveris horas:  
Hæc Tua *de impensis* pagina docta refert.

Sic applaudit Honoratiss. Dn.

Affini suo, Tubingæ valedictore

M. FRIDERICUS WILHELMUS SCHMIDT  
Pastor Ecclæ. Rommelshufanæ

**Q**uas nunc egregias operas *impendis*, Amice,  
*impensas* laudes obtinuisse soles.  
Hos patria *expendet* postremo grata labores,  
Felicique Tuum *sine rependet* opus.

Sic specimini Erudito & Disputatorio Nobilissimi  
Dn. VOLLMARI Fautoris ac Amici inter  
paucos dilectissimi, Honoratissimi, accinere  
voluit, debuit

IOH: BALTHAS. WIBEL HALA-SUBVUS.

**D**Um Tibi porrigitur pergrata *Licentia* Iuris,  
 Gratulor ex animo, prospera quæque precor.  
 Exiguum hoc Magni affectus monumentum  
 cum sincero felicissimorum successuum  
 voto Amico suo percharo apponere  
 voluit ac debuit.

JO. FRID. SCHRAGMULLER, L.L. Stud.

**S**ic VOLLMARE, Tuis studiis imponere finem  
 Decernis, doctam dum superas Cathedram.  
 Felix, quin nimium felix quem tanta sequuntur  
 Præmia Virtutis, quæ Tibi fert Helicon:  
 Gratulor, ex animoque precor Tibi prospera quævis,  
 quo fructus lætos ferre queas Patriæ.

Pauca hæc in honorem Nobiliss. atq; Doctiss. Dn.  
 Respond. pro *Licentia* Disputantis, appo-  
 nere voluit, debuit,

CHRISTIANUS HENRICUS HILLER, RIBERAC. oppon.

**E**Nnunc, Mi VOLLMAR finem virtutis amœnum!  
 Præmia sunt testis & illa Tui.  
 Esto memor Musæ gratæ, quæ debita reddit,  
 Esto memor Musæ, quæ Tibi fausta canit.

Hicse Dn. Licentiate, Amico dudum Aca-  
 demico, probatissimo applaudit

CHRISTIANUS HENRICUS CAMERARIUS  
 OEttinga- Rhetus S. S. Theol. Studiosus

**P**er leges aliis *impensa industria* jus dat,  
 Jus fructum, fructu restituenda suo.  
 Pendis & impendis, Tua, quæ Tibi proderit olim  
 Re, nunc debetur gloria, fama, decus.

Gratulabundus hæc Nobiliss. Dn. Candidato Resp. cum  
 voto omnigenæ Salutis L. mque apponere voluit  
 M. JOH. SEBASTIAN BISER, S.S. Theol. Stud.

FINIS.

Tübingen, Diss., 17 74/76

ULB Halle 3  
004 171 462



Sl.



DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA <sup>574</sup>  
Per Conclusiones Selectas

DE

1716, 5, 48  
**IMPENSIS IN REM  
ALIENAM FACTIS**

maximè  
in modo æstimandi & repetendi  
consideratis

18 9  
*QUAM*  
**DIVINA FAVENTE GRATIA**

Ex Decreto Magnifici Jctorum Ordinis  
In Antiquissima Eberhardina

**PRÆSIDE**

**DN. MICHAELE GRASSO,**  
I. U. D. Pandectarum & Crimin. Sanct. P. P.

Celeberrimo, nec non Seren. Würt. Duc. Consiliario  
Gravissimo,

Patrono ac Præceptore suo omni obsequii & honoris  
cultu æternum devenerando,

**PRO LICENTIA**

Summos in utroque Jure honores immunitates & Privilegia  
ritè legitimeque consequendi,  
Ad diem 6. Martii MDCCXVI.

in Aula Nova

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI SISTIT  
**JOHANNES CRISTOPHORUS VOLLMAR, Waibl**

TUBINGÆ

Typis JOHANNIS CONRADI REISII.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres